4ª Imago ad ponendam discordiam inter exercitum

Nomina discordie et destructionis ::

die vel nocte ¶ Quarta Imago fit sub Ascendente 11 vero cum luna fuerit in eadem mansione ad ponendum seu proiciendum inter exercitum discordiam et inimicitiam Facies Imagines de 7 vnciis horum metallorum scilicet Eris rubei plumbi Stanni Argenti atque ferri Ex vnoquoque vnciis tribus Et facias duas Imagines sedentes super plaustrum et sit vnaquaque separata ab alia quasi recederet ab ea Et sit facies vnius sicut facies leonis et alterius ut facies Tauri habens cornua coram facie sua Et sculpe in dorsis earum hec nomina Mareze : Ddu : marca : Tafzin : Ayenahyn : Vnereʒafa : Lamama : Symfong : Vnerahlazahme : Amir Manyr Seyrlie : beden : Et sculpes in vero tribus earum Imagines Cancri Tauri et leonis Et pones inter vtrasque adipe vtrorumque scilicet leonis et Tauri et adipe Testitudinis Et suffumigabis eas Et sepelies eas in loco destructionis eorum Et non remanebunt ibi vna nocte virtute dei Et sic expliciunt Imagines .28. mansionum lune : ¶ Incipit Thebith Benchorath de Imaginibus :.

Dixit Thebith Benchorath · Dixit Aristoteles Qui philosophiam et Geometriam omnemque scientiam legerit Et ab Astrologia est vacuus seu fuerit vacuus erit occupatus et vacuus Quia dignior Geometria et altior est Imaginum sapientia Etiam dixit Ptholomeus in secundo libro Tractatus sui Quia sicut non est vita corporum animalium nec vita animo corpori nisi per cibum quo diriguntur et aptantur eius nature Ita non est lumen sapientie si Astronomia fuerit vacua Et quadmodum non poterit subsistere spiritus nisi per cibum qui aptatur nature corporibus Ita non est radix scientie apud eum qui philosophiam invenerit Nec est lumen Geometrie cum vacua fuerit Astronomia · Dixit Thebith benchorath · Sublimitas autem et Altitudo Astronomie est Imaginum scientia Et dixit Idem · Cum volueris operari aliquid de Imaginibus · Scito quod tradiderunt nobis philosophi in suis repositis Imagines septem Que exercentur in omni re In qua arguitur vtilitas et expellitur Impedimentum · Et ea dedi Tibi in hoc libro meo [id est] quasdam Regulas quas constitui exemplares ex quibus est opus · ¶ Imago ad effugandum Scorpiones · Cumque volueris exercere Incipias hec operari ascendente scorpione et luna in scorpione Facies Imaginem scorpionis ex Ere vel Stanno aut plumbo vel Argento siue Auro Et scribes super Imaginem nomen ascendentis et eius dominum et dominum hore et diei et nomen lune Et sit luna in scorpione Et in fortunabis ascendens per posse tuo Et pones dominum ascendentis in domo mortis aut Iungatur malo in quarto vel sexto Cumque hoc feceris sepelies eam

Imago ad effugandum Scorpiones :

(a pag. 74. b. usque ad p. 77. b. iste Liber, sed paulo aliter describitur.)